

impediret. sic et nos quoniam ratio fidei  
 et officium caritatis erigit si spera-  
 tur perfectus proximi utile est re-  
 spicere iniuriarum. aliqui vero  
 pro merito patientie cum non sperant  
 emendatione silendo expedit iniurias  
 tollerare non contenti debent de-  
 uere iuxta illud Sapientis. Cum  
 homine linguarum noli conten-  
 dere in sensu hoc. In hoc euan-  
 gelio habemus primo doctrinam  
 ad cauendas iniurias perversorum  
 Secundo habemus ab ore christi  
 doctrinam de dilectione dei et  
 proximi sine qua nemo potest  
 saluari licet plures sint gradus  
 caritatis. unus plus diligit al-  
 minus sufficit tamen etiam mi-  
 nus gradus caritatis qui talis  
 est secundum sanctum Thomam que  
 excludit ea que sunt contraria  
 caritati non exinanet. quia impos-  
 sibile est quod aliquis damnetur  
 cum minimo gradu caritatis. Con-  
 filiorum observatio est signum  
 maioris caritatis. et tamen si omnes  
 tenentur ad consilia. sed ad pre-  
 cepta. unde Augustinus libro  
 lxxij. q. iij. dicit venenum cari-  
 tatis est cupiditas rerum tem-  
 poralium. augmentum vero ca-  
 ritatis est dimmutio cupidita-  
 tis. Defectio vero caritatis est  
 nulla cupiditas. Humanum enim  
 cor tota intentione ad aliquod  
 unum tantum perfectius fertur quanto  
 magis ab illis reuocatur. Crescit

igitur caritas in homine cum cu-  
 piditas temporalium dimmutatur  
 et e contra. Inde agnoscere potest homo  
 si in eo magna sit caritas. si in eo  
 magna sit cupiditas. quia ista  
 duo stant simul. sicut in libra ve-  
 ro ascendente aliud descendit.  
 Item habemus in euangelio solius  
 dissimile fundamentum de christo  
 quod sentire de eo debeamus. scilicet  
 quod si sit verus filius dei patris et  
 virginis marie. hic genitus a patre et  
 natus ex virgine temporaliter. Iohannes enim  
 ex toto corde diligit debemus. ut  
 habet gratiam ab eo. et in fide gratiam  
 peccati. quod nobis prestare dignetur  
 ihesus christus. Amen. *Incipit xxx.*

**A**scendens ihesus in nau-  
 culam. Math. ix. Dominus  
 saluator pro salute nostra veniens  
 in hunc mundum ea que salutis nostre  
 sunt ab inicio ortus sui usque in  
 diem mortis sue non cessauit opa-  
 ri sicut ipse testatur Iob. ix. Me-  
 inquit oportet operari opera eius que  
 misit me donec dies est. hic opera  
 eius erant multiplicia. docendo  
 ignorantes. compatiendo. afflictis.  
 ieiunando orando. pauperes etiam  
 corporaliter reficiendo. ut Iob. vi.  
 de quinque panibus et duobus  
 piscibus. Et alibi de septem pa-  
 nibus quatuor milia faciendo.  
 Primo licet vivebat de sibi mi-  
 stratis ab alijs. tamen largitus indigentibus  
 his iussit elemosinas dari